



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. II. Magistratus. conf. sup. lib. 9. c. 14. & 89. inf. de præcepto add. &
sup. judex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

LIBER UNDECIMUS.

CAP. I.

De Magia, Sagis, Veneficis, Incantatione.

Axioma I.

Indicia magiæ sunt (1.) si quis artem magicam doceat, vel alteri minetur maleficium. (2.) si diffamata nata sit ex parentibus veneficis & magis. (3.) si sagæ instructæ sint bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, acubus transfixis, vel (4.) in earum cistis reperiantur instrumenta pactorum cum diabolis, item Herens, Salbe &c. (5.) si Dæmones invocent. (6.) potiones infundant animalibus. (7.) si suspectam curationem afflictiis polliceantur. *Const. Crim. art. 44. ibique Zieriz. & M. Stephani.* Ex his tamen similibusve indiciis sagæ ad mortem damnari nequeunt, nisi confessa. *Const. Crim. art. 22.*

II.

Volatus & bajulatio lamiarum in aëre, vulgò das Fahren oder Reiten der Hexen / commensationes & choreæ cum Dæmonibus habentur pro figmentis & fabulis. *vid. Godelm. de Lam. L. 2. cap. 4. n. 14. seqq.*

III.

Venefici hodie concremantur, si pactum cum diabolo expressum iniverint, & vel damnum deriderint vel DEUM expressè abnegaverint & cum Satana se commiscuerint; si verò hæc non accesserint, capite plectuntur. *art. 109. Const. Crim. Carpz. pract. crim. quæst. 49. Fich. L. 2. Conf. 116.*

IV.

Probatio sagarum per aquam frigidam, vulgò das Wasserurtheil oder Wasserprobe / est fallax. *Heig. P. 2. Q. 39. Zieriz. in Const. Crim. art. 20.*

V.

Investigatio rerum occultarum, thesauri, furtorum &c. est illicita. *cap. 1. cap. 2. X. de sortil. P. Binsfeld de confess. malef. q. 1.*

CAP. II.

Magistratus. conf. sup. lib.

9. c. 14. & 89. inf. de præcepto add. & sup. judex.

Axioma I.

Magistratus contemnere est contra naturæ rationem. *l. veluti 2. ff. de iustit. & jur. Curt. in l. 7. ff. de iurisd. n. 37. Menoch. 2. arb. jud. cas. 194. n. 36.* Eorum enim iussus obligat nos ad obedientiam. *Gœdd. ad. l. 6. ff. de V. S. num. 6.* indeque Majestas & autoritas omnibus erit venerabilis & tremenda *d. l. 2. ff. de iust. & l. si familia 9. verbo. contempta Majestas. ff. de iurisd. l. sacra*

9. §. propriè. ff. de rer. divis. siquidem Deus potestas earumque ordinationes rationabiles approbavit, neque violatores vult esse impunitos. *Rom. 13. Psalm. 143. Philipp. Melanchthon. in loc. commun. de magistratu. Jason. ad l. nemo potest. num. 105. in 2. lectur. ff. de leg. 1. & ad l. 2. n. 16. ff. si quis in jus vocat. non ierit. Bald. ad l. incertum est. num. 14. C. unde legit. Dum igitur jure potestatis etiam ad legitimam jurisdictionem quid faciunt, vim atque injuriam non inferunt. Harprecht in Com. ad §. 12. Instit. de injur. numer. 153. Obrecht. de defens. cap. 6. numer. 31. Unde nec resistere Magistratui licebit, per regulam, quod ubi offensio est licita, ibi defensio sit illicita. *Farin. 1. prax. crim. quæst. 31. Obrecht. d. tract. cap. 6. num. 12.* præsertim cum minister Dei sit. *Paul. ad Rom. c. 13.* officiumque consistat potissimum in his, (1.) ut & urbis & Legum custos sit, nec quicquam, quod è re cum publica tum privata civium est, negligat. *l. cum præcipua 57. ff. de V. S. (2.) veram & sinceram religionem inter suos plantet ac defendat, ministerium & scholas liberaliter foveat, ne quid gregis sibi commendati depereat, Wolfgang. Musculus Philip. Melancht. in locis communib. de Magistrat. suam felicitatem, vitam, fortunam postponat Reipubl. bonis ac vitæ subditorum, juxta illud Christi: Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus, Joh. 10. Sicut enim Pastor non potest se excusare, si nesciat lupum comedisse ovem, Panorm. & Felin. in cap. à nobis de Except. ita maxime pastoribus qui neglexerunt aut comedi siverunt. *l. 5. l. fires 3. de peric. tutor. non successoribus in officio, qui pro prioris pastoris negligentia non tenentur. c. cum de jure patronatus* objici hoc potest, vel juxta illud Trajani apud Plin. in Panegy. qui suam salutem sibi inviam affirmavit si non esset cum salute Reipubl. se ideo patrem esse suorum subditorum perhibens, vel Cyri apud Xenophont. qui Rempub. tanquam domum paternam administrandam subditos non secus ac liberos & propinquos paterno affectu gubernandos putavit. Imò nulli magis convenire salutem Reipubl. tueri, quam Cæsari, nec alium ei rei sufficere posse dicit textus in *l. 5. pr. de offic. Praefect. vigil. vid. proæm. Instit. in pr. & hac de re Arist. vol. 5. n. (3.) æquum & bonum, pax & tranquillitas, concordia inter omnes custodiatur, præmia bonis, poenæ malis distribuuntur, Nov. Jusjurand. quod præst. ab his qui admin. accip. l. 1. 2. l. 3. ff. quod quisque jur. in alt. stat. l. congruit 13. ff. de offic. præsid. l. perspicendum 11. ff. de pen. Dd. in cap. 1. extr. de mut. perit. per illum text. verb. concordia. Abbas in pr. sua tit. judicarius ordo. vers. earum. col. fin. denique (4.) abusus omnes è civitate tollantur, prout latè persequitur Conrad. Lancellot. in suo Pratore, p. 1. in fin. adde & Conrad. Heresbach. in libell. de educand. erudiendisque princip. liberis. Rip. in tract. de peste. Hinc ei, qui provinciæ præest, incumbit, malis hominibus provinciam purgare, *l. 3. ff. de offic. præsid.* Ob hanc enim curam ac sollicitudinem, quam***

quam Magistratus longè majorem præ cæteris sustinere debet, à Magistro nomen accepit, latè Gœd. ad d. l. 57. num. 4. ff. de V. S. qvare circa vim illatam subditus patitur potius, quam vi opposita vim repellat. Myns. 4. obs. 18. n. 2. Farin. d. quest. 32. n. 118.

II.

Magistratui assurgere & de via decedere oportet, hicque honor non saltem in publico sed & in privato Magistratui debetur, etiam à parentibus filiis Magistratum gerentibus. Perez. C. de dignit. n. 65. 66.

III.

Magistratus in his, quæ officii ejus non sunt, pro privato habetur. l. 70. de R. J. vid. Brunnem. C. de Commeat. col. 1.

IV.

Magistratus debet omni virtute esse præditus, liberalis erga egenos, gratus erga benemeritos, contra improbos nocentesque immiseri- cors atque inexorabilis. Perez. C. de perfectissim. dignit. n. 7.

V.

Si duplex unius loci Magistratus sit & ordinatio politica informanda veniat, calva & jejuna excusatio est, quod unus consummationem ejus propterea detrectet, quia alter Magistratus ei se suosque cives submittere nolit. Turpe est aliorum negligentia suam tegere malitiam. Struck. in addit. ad Brunnem. Jus Eccles. Lib. 1. cap. 6. Membr. 2. §. 13. p. m. 315.

VI.

Magistratus non ex pecunia, sed virtute creatur. Guillh. Bœckel. in tr. de public. jud. disquis. 12. Prece enim i. Timoth. 3. l. 3. ff. de offic. prætor. non pretio ambire licet Magistratum. l. 1. §. 1. ff. de ambit. l. 31. C. de Episc. & Cleric. neque ulli ægleæ aut profunderi aut promittere licet. Nov. 13. c. 3. & 4. siquidem qui emunt Magistratum ut vendant, necesse est, & ut pecunias in emptione honoris expositas recuperent, subditos torquere ac vexare coguntur. Menoch. lib. 2. arb. judic. cas. 401. num. 6. quoniam ἀγυρολογία ἀρχαῖς πώσης οὐκ ἀντιτίσεται πωσέσι, Mag- istratum nundinatio omnis improbitatis audit initium & finis. Novel. 8. Nov. 17. §. 1. Nov. 161. cum quo consonat illud Thucyd. πάντων κακῶν αἰτία, καὶ ἀρχὴ πλεονεξίας καὶ φιλονομία, quippe omnium mercaturæ sordidorum generum, quæ varia sunt & innumera, sordidius nul- lum, turpius & detestabilius est. Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2. ac magistratum & dignitatum mer- catura, quæ tolerabilis esse potest nunquam, nisi in extremis temporibus, ut salutem Reipub. consu- latur. Lans. de L. R. th. 104. vid. Cavall. quest. com. opin. contr. com. 260. lib. 1. Decian. in tr. crim. lib. 8. cap. 22. n. 8. Menoch. d. loc. Salmuth. in Pancirol. lib. 1. rev. memobil. de nomenclat. p. 738. cr. nostrum de Suffragio, pericop. 3. & 11. p. 157.

VII.

Magistratus vilescunt quoties obscuris homi- nibus deferuntur. Nov. 15. in pr. cap. 1. & 6. in fin. l. 14. §. 3. ff. de muner. & honor. l. 7. §. 2. ff. de de- cur. Auth. Præsides in pr. C. de Episc. aud. c. grandi de supplenda neglig. Prælat. Nolden. de statu no-

bil. c. g. num. 77. §. 4. Dursfeldt ap. Klocken. re- lat. 3. n. a. & seqq.

VIII.

Quoties in tutore constituendo aut fidejusso- ribus exigendis nulla culpa imputari potest ma- gistratui, toties magistratus non tenetur. Quia sic fecit quod potuit & debuit. Ubi igitur nulla cul- pa, ibi quoque nulla statuenda est poena l. 131. ff. de V. S. Carpz. P. 2. Const. u. def. 41.

Limita: ut tamen magistratui hoc in casu in- cumbat probatio culpam abfuisse l. 1. §. 13. ff. de Magistrat. conven.

IX.

Quamdiu vel unus ex Tutoribus idoneus est, tamdiu non potest magistratus, qui eos dedit, pro- pter culpam in iis constituendis vel satisfactionis exactionem omittam conveniri. l. 1. §. 15. ff. de Tu- tel. & ration. distrab.

Limita: nisi contutor ob hoc conveniatur, quod alterum suspectum facere vel satis exigere noluerit, tunc enim prius ad magistratus, qui tu- tores dedit, vel ad fidejussores, quam ad contu- tores venit. d. l. 1. §. 15. Hartm. Pistor. l. 1. q. 6. n. 23.

CAP. III.

Magis & minus. Majus & minus.

Axioma I.

Ab eo quod magis seu majus non inest, conclu- dere non licet simpliciter non inesse. Aristot. 2. Topic. c. ult. Coll. Arg. de alim. leg. th. 3. n. 5.

II.

Majus censetur esse principale, illud vero quod minus accessorium. l. per minorem 54. ff. de ju- dic. l. rei majoris. 21. ff. de excepti. Oldendorp. 2. conf. 5. n. 89.

III.

MAJUS cui conceditur, & minus concedi videtur. l. filiusfam. 7. §. fin. ff. de donationib. l. Marcellus 15. ff. de donat. cau- sa mortis. l. non debet 21. ff. de regulis juris, c. ex parte 27. de decimis. Joan. Maria No- var. quest. forens. lib. 1. quest. 24. num. 5. mi- nus enim semper inest in eo, quod plus est, l. in eo 110. ff. de regulis juris. Farin. in praxi crim. p. 4. decis. 10. n. 6. Et si licet plus, quod minus est licebit. l. non debet 21. ff. de reg. juris. cap. cui licet 53. eod. tit. in 6. auth. multo magis. C. de sacros. Eccles. Farin. conf. 60. n. 109. lib. 1. Thom. de Thomasset, reg. 85. Surd. conf. 288. n. 14. Joan. Maria. Novar. quest. forens. lib. 1. quest. 24. n. 6. Et ideo à majori ad minus validum est argumen- tum, ut latè probavi in locis communib. ar- gumentationum, loco 67. n. 1. cum seqq. [ad- de & Everard. in locis Top. à majori ad mi- nus. num. 1. sicut & è contrario cui denega- tur majus, & minus denegatum intelligitur, prout plenius explicat An. Grammatic. in